



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Pars II. Erga SS. Trinitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

EXERCITIORUM

P A R S II.

Erga Sanctissimam Tri-
nitatem.

EXERCITIUM I.

*Confessionis, & Postulationis Benedictionis
in omnibus.*

re, ex. 1. Statue te, in conspectu Sanctissimæ Trini-
tatis: Dei Patris, & Filii, & Sp̄iritus Sancti:
venire cum singulari Fidei Vivacitate, & professeione:
, sagi reverentiâ quoque Majestatis ejus: tum viscerali
uesce tui ipsius, coram ejus Dignitate abyssali, humi-
d in tollationis pondere.

2. Confiteberis sigillatim, necessitates, nise-
tias, periculositates, omnis generis: tam tuas
proprias, quam tuorum: quam totius Universi:
temporales, corporales, spirituales, æternas: hu-
milians te ex singulis, tuo, tuorum, universique
nominis.

3. Postulabis; per omnia viscera Bonitatis
Divinæ: cum plenissimâ in ejus miserationes fi-
duciâ; atque tui projectione: ut misereatur tui;
itque tui adjutor in opportunitatibus.

ER. V.P. Druzb. Op. V.

D

4. Po-

50 Exerc. I. Conf. & Post. Bened. in omnibus

4. Postulabis quoque: ut misereatur eorum omnium; quos in orationibus tuis commendatos Deo suscepisti: vel habere debes: quos Deo, ejusque Charitate diligis: & a quibus digeris: atque pro te oratur: pro omnibus eti tibi male affectis.

5. Postulabis præterea: ut misereatur tota Ecclesiæ Christi: populique Christiani, Regis & populi tui, Provinciæ: Civitatis, Domus,

6. Quibus omnibus det congruam beneficitionem, in supra dictis Necessitatibus.

7. Idque sicut Sanctissima Trinitas scit, testvult.

8. Adimplendo totum gustum suum, cordique sui, & Voluntatis, atque Voluptatis suæ. Etissimæ: sicut in Cœlo, ita & in terrâ: hoc in te, in tuis omnibus, denique in omnibus Creaturis, pro omni tam tempore, quam/ternitate.

P R A X I S.

Sanctissima, Dignissima, Augustissima, Adorata Trinitas, DEUS meus, DEUS omnium nostrorum Deus universæ Creaturæ: tu enim nos de Nihilo creasti, tu Dominus, tu Possessor, tu Rex noster es. autem populus tuus: Ego ves pasca et tuæ: pupilli plane pusilli puli tui. Tibi confiteor: tota spei, fidei & que in tuas Misericordias plenitudine: omnes cœssetates, infirmitates, ærumnas, pericolositates meas, quas tu Domine plenissime cognoscis. omnia viscera Bonitatis tuæ; cuius apud te est insitus thesaurus: toto me, totoque Universo, totoque Universi atomis universalitatis: peto a te; Miserere mei, Ego omnium meorum, Ego omnis Creaturæ que

mnibus
ur eon
menda
: quo
ibus d
bus eti
tur tot
ai, Reg
omus,
n bene
s scit,
n, cord
s suæ S
i: hoc
omni
quam

Adora
Nostr
ihilo c
er es.
pupilli
spei, s
omnes
pitates
scis.
e est in
tati, tot
te; M
Creatu

Exerc. II. Erga SS. Trin. & ab ea Emend. 51

*tue, subveniens; & benedicens Nobis in cunctis ne-
cessitatibus nostris Naturalibus, personalibus, spiri-
tualibus, corporalibus; temporalibus, officialibus.
sicut potes; scis; & vis; eas gloriæ tuae majori deser-
vire, adimplendo in omnibus suavissimum Gustum
Cordis tui, tam in me, quam in omnibus Creaturis,
pro omni tempore, & pro omni æternitate.*

EXERCITIUM II.

*Erga SS. Trinitatem, & ab ea Emendatio-
nis omnium, & omnibus.*

1. Statue te in conspectu Sanctissimæ Trinitatis: ante Thronum gloriæ ejus.
2. Penetrabis memoriâ, & corde tuo; abyssum plenitudinis perfectionum omnium: ac nominatim, Bonitatis, Liberalitatis, Profusionis, & Propensionis ejus ad beneficiendum: nec non ad Miserendum omnibus Creaturis suis. Quoniam Misericordia ejus super omnia opera ejus, eminet: & manat incessabiliter, &c. Veluti ex Mari: omnium Fontium Fonte.
3. Penetrabis etiam Memoriâ, & Corde; omnem abyssum Mendicitatis atque Miserabilitatis tuæ: tam ad Naturalia, quam ad supernaturalia bona, & Effecta.
4. Hâc totâ abyssso, emendabis omnes necessitates: seu potius miserations, & beneficentias Divinas; Animæ, Corpori, statui, officio, obligationituæ; pro omni opportunitate, & pro omni tempore, atque æternitate.
5. Simili abyssso miseriarum, Necessitatumque omnium, ac singularum Creaturarum,

52 Exerc. II. Erga SS. Trin. & ab eâ Emend.

Exer
totius Universi ; emendicabis etiam ab illâ in
mensâ Bonitatum, & perfectionum plenitudi
Divinâ, omnem sufficientiam, omniumque
cessitatum subsidium , copiosum , efficax , p
num , salutare, Deo gloriosum , & placitum , p
severans & æternum.

6. Juxta gustum Voluntatis Divinæ.

7. Allegando in subsidium mendicationis t
Universam Bonitatis ac Munificentiæ Divinæ p
nitudinem.

8. Verbi quoque Increati, pro nobis autis, quâ
Incarnati, Majestatem, Humilitatem : Humotâ pa
tatemque Majestificatam : cum omnibus labidem,
ribus, passionibus, dignationibus, meritisq[ue]centian
illius.

9. Pretiosissimæ etiam Dei & omnium na quan
strum Matris Virginis: Matris misericordiaæ atq[ue]d sese n
Gratiæ.

10. Omnium denique Electorum Dei, Angncarna
lorum juxta & Hominum, merita, preces , Dignati
Beatitudines.

11. Repetes hanc Emendationem sœpi
sculè.

12. Et gaudebis totâ Mendicitatis tuæ aby
so, omniumque Creaturarum : quia unus
solus est Deus, apud quem omnia emendica
& debes, & potes: liberaliter, fiducialiter, eff
caciter, indesinenter, atque indeficienter, absq[ue]
verecundatione, absque metu repulsæ, absq[ue]
metu defectionis, absque metu impropositio
nis, cum certitudine potius, tantò majoris pro
fusionis beneficiorum ex Deo , quantò majo
rem, crebriorem , audaciorem, avidioremqu
mer

mend.

Exerc. II. Erga SS. Trin. & ab eâ Emend. 53

illâ in
enitidu
nque n
cax, p
tum, p
onistu
vinx p
mendicatio
ne plenitudine, totâ mendicitatis, egestatisque mea
abyssô, mendico : atque supplicissime postulo : omne
nbsidium Necessitatibus meis omnibus & singulis,

am pro hujus, quam pro alterius, tam pro natura
is autem, quam pro supernaturalis Vitæ. Mendico etiam
Humilitate pariter abysso mendicitatis omnis tuæ Creaturæ;
ous labidem, omnem bonitatis, liberalitatisque tuæ muni
eritisq[ue] centiam, pro omnibus indigentias ejus, hujus alte
iusque vite. Mendico autem id ; per omnem quan
tum quanta est Plenitudinem tuam Divinam : necnon
diæ atq[ue] sese nobis profundendam promptitudinem : Men
dico id etiam, per Verbi Increati, propter nos autem
ncarnati, omnes pro nobis ebibitos labores, dolores,
eces, Dignationes, ac Merita. Mendico id quoque, per
retiosissimæ Dei, ac Nostrum omnium Matris, Ma
riae Virginis Maternitatem, atque Maternitatis Di
nitatem, & apud te autoritatem. Mendico id quo
que, per omnium Electorum tuorum, Angelorum juxta,
& Hominum, tecum in Cœlis regnantium Merita, &
reces, & beatitudines.

EXERCITIUM III.

Erga SS. Trinitatem, traditione sui in Volun
tatem ejus.

Constitue te coram Sanctissima Trinita
te, &c.

D 3

2. Con-

2. Constitue te coram Sacratissimâ, Adorantia
dâ, superbenedictâ, ac superbenedicendâ ejus entatice
dem Voluntate, tanquam coram Dominâ 9.
Monarchâ plenipotentissimâ, absoluteque omnium effi-
um Potente Principe, Reginâ Imperatrice.

3. Trades te totum, ac in specie Cor tuum volu-
luntatemque tuam, instar tabulæ rasæ & mun-
dæ, atque instar chartæ Virginis & puræ, tu 10.
Sanctissimæ Trinitati: tum ejusdem Volunta-
ut in

4. Totis tuis Viribus petes ab eâ: ut dignet gravius
in Corde tuo, atque in Voluntate tuâ, inscriberem
& insculpere charactere indelebili Notitiam
Amorem, Reverentiam, Æstimationem, Obser-
vantiam, ac Exequendi studiosissimum studium
suæ beneplacitæ, adorandæ, suavissimæ, digni-
simæ, sanctissimæque Voluntatis.

5. Ut nunquam ex Corde Voluntateque tu-
neum, deleatur, nunquam refrigerescat, aut vel minimum
intepescat, aut in levissimam transgressionem de-
luntatis clinet.

6. Sed ut semper maneas Mancipium, atque
etiam Jumentum, (sed spontaneâ atque sponsa novari
Voluntatis tuæ necessitate ac devotione,) Di-
næ ipsius Voluntatis.

7. Inveniarisque semper, in omni occasione
& circumstantiâ, insignitus Divinâ ista Volunta-
te: ejusque amore; & ad illam plenissimâ subje-
ctione, tanquam Naturali stemmate & characte-
re: quo in tota æternitate cognoscari, interno partibus
scarisque à reliquis Creaturis, velut Devotum stantiis
Divinæ Voluntatis Mancipium;

8. Ignorans omnem prorsus resistentiam, & gaudium
moram, & lentitudinem, dissimulationemve
sed cum plena, ponderosa, cæca, hilarique re-
signa-

n Vol.

Exerc. III. Erga SS. Trin. trad. sui in Vol. 55

Adoratio, obdientia, executione, quiete, condâ ejus, iugitatione.

minâ 9. Ita; ut sic affici, sic Divinæ Voluntatis totum esse; sit tibi unicus cibus: unica Voluptas: unica Pax: unicum Gaudium: unicum Præmium: unica Merces: unica Vita: unica Beati- & mundo.

æ, tu 10. Exinde verò, vel excidere, vel exerrare, aut in hac affectione intepescere, sit tibi morte digna gravius, sit inferno detestabilius, sit æterna damnatione damnabilius.

otitiam

Obser-

P R A X I S.
Sanctissima, & Omnipotentissima Trinitas, Deus meus. Cujus Voluntas, potentia est, atque omnium Voluntatum Regina, & Regula; Ecce tibi Cor meum, & Voluntas mea: Scribe, & insculpe in eâ, Universum beneplacitum tuum, tueque Divinae Voluntatis. Una cum cordiali, sponsaliique Amore, & appretiatione illius, in me æternaturo. Non sinas me, atque eum unquam aboleri: sed potius, fac eum semper inservari, altiusque & profundiis insculptum excelle. Non sinas me unquam rebellare, resistere, obniti, obmurmurare, moras, vel recusationes obtendere: sed potius, fac me devotissimum mancipium, ac liberum, liberalissimumque jumentum beneplaciti tui, subjevoluntatisque tuae omnis. Characteriza me, signo aracte isto tuo æternaliter, in omnibus substantiis, potentiis, interno partibus, actionibus, mutationibus, atomis, circumvotus substantiis, occasionibus, momentisque meis. Sit Voluntas tua, Cibus meus: Vita mea, felicitas mea, pax mea, gaudium meum, beatitudo mea.

EXERCITIUM IV.

Erga SS. Trinit. per projectionem sui in ejus
Providentiam.

1. **C**onstitue te, coram SS. Trinitate: tanquam
coram Mari fundo carente, omnibus
bonis repletissimo: & ex eius plenitudine man-
tant omnia: replenturque, & continentur omnia.

2. Collige, omnes Necessitates tuas, (tum
& denique omnium creaturarum.) Cum
quoque, proposita, intenta, vota, desideria, ob-
ligationes.

3. Projice illas omnes, in Abyssum Providen-
tiæ, Voluntatis, Charitatis, Sapientiæ, Omni-
potentiæ, Fidelitatisque Dei.

4. Sepeli eas ibique prorsus demerge, in Do-
mino Deo tuo: jactans omnem cogitatum tuum
in eo: certus; quia ipse faciet ea omnia, quæ ga-
stui illius, tuæ autem saluti, atque consolatione
plenissimè servient.

5. Id autem eâ fac simplicitate atque secun-
itate, quâ sese infantuli in sinu suarum Matrum
vel Nutricum deponunt; nihil omnino solici
de se, ac neque cogitationem solicitudinis, & cu-
ræ sui habentes, sed ex toto provisioni materna-
i initentes, in eaque tanquam demersi conqui-
scentes.

6. Pariratione & tu; totus quantus in Divi-
næ Providentiæ plusquam Materno sinu recumbe-
& conquiesce: certus quoniam ipsi est Cura de te;
deque omnibus.

7. Et eâ quidem tantò major ac liberalior,
quantò tua, in ejus Providentiæ curam, est pro-
jectio

jectio fidentior: atque plenior. Ex mensurâ enim nostrâ in Deum fiduciæ, admitiri consuevit Deus curam suæ Providentiæ, semper superaddens plurimùm: Nolens nostram in eum fiduciam esse frustraneam: & Volens, suam fidelitatem circa nos, esse superplenissimam, & superexaggeratis-

simam.

8. Sic ergo sta in Providentiâ Dei fidenter, sicut vel terra in centro, vel infantulus in Materno sinu, perinde ac si nihil deberes, nihil velles, nihil posses, tibi providere, ac procurare. Nihil in te, intuis viribus, in tuis industriis, in tuis meritis, in ullius Creaturæ subsidiis promissivé spei, aut fiduciæ habendo, sed horum omnium efficacitatem, ex Dei Providentiâ, quæ in sui dispositione nunquam fallitur, expectando, acceptando, eidemque totalissimè attribuendo.

P R A X I S.

Santissima, Piissima, Fidelissima Trinitas Deus, in tuam Divinam Providentiam, Bonitatem, Sapientiam, Omnipotentiamque, me totum, measque omnes, Singulas, nec non meorum, ac totius Universi, necessitates abjicio, demergo, desero: Itaque tu ô suavissima, atque Dulcissima Providentia, mihi, & omnibus mecum provide, sicut potes, scis, & vis. Ego enim nihil opis mihi afferre, nihil providere ex me sine te possum. Perdere, & perdere me possum, sed tueri ac servare non possum. Quid enim sum mihi sine te Domine, nisi Dux in præceps?

D 5

EXER-

EXERCITIUM V.

Erga SS. Trinitatem, per collationem sui ad
Dignitatem ejus.

1. Constitue te coram Sanctissimâ Trinitate.

2. Constitue te, & omnia tua bona Animæ, Corporis, fortunæ, temporalia, spiritualia; præferrim gratias, virtutes, merita, quæcunque habes, si quæ habes, coram Deo, ex Dono divino.

3. Hæc omnia compara, & commensura cum Deo; ejusque, Eminentissimâ dignitate, & Majestate.

4. Commensura quoque hæc eadem, cum omnimodâ tuâ ad Deum obligatione.

5. Et in specie, comparete, tuaque bona, tuas excellentias, cum innumerabiliter multiplicibus, iisdemque simul inexsolubilibus ante Deum debitibus tuis, reatibusque tam culpæ, quam poena temporalis, æternæ, damni, & sensus, præsentis, futuræ, exterioris, & spiritualis.

6 Agnosce, atque confitere, te sic Deo, ejusque Majestati & Dignitati, Perfectioni & Sanctitati comparatum, merum Nihil esse, nihil habere, nihil valere, nihil posse, nihil adhuc coram Deo boni egisse; imò bona acta, vix, ac ne vix quidem boni nomine digna esse; & non tantum nihil illis apud Deum promeruisse; verùm etiam demeruisse; ac digna suppliciis plagisque peregisse; Nihil omnino propter Deum laborasse, aut sustinuisse; aut in ejus obsequium gloriamve expendisse; quod si quid peregisti id potius, & magis Dei, quam tuum esse; teque ex eo ipso, coram

Deo

Deo debitorem, solvendi impotem, esse; nec ullam debitorum particulam exsolvisse, aut expiisse.

7. Ah miseram dignitatulam copiolamque tuam, Deo collatam! tantoque magis inanem, ac nullam, quanto majori collatam, atque compositam! O verè non magnificabitur nec justificabitur homo compositus Deo! sicut fuligo non albescit composita nivi, sicut lutum non fit pretiosius compositum auro.

8. Erubesce, & exhorresce Nuditatem, Nullitatemque tuam.

9. Obstupesce, & superobstupesce Eminentiam, Majestatem, Dignitatem, Perfectionem, Sanctitatem, Plenitudinem, opulentiamque Divinam; quam, sacro & devoto horrore perfusus, penetratusque, demississimè venerare.

10. Exfusca in te majorem, majoremque in Deum liberalitatem, & quam multiplicissimè multiplica fervorem serviendi Deo, studendi placere Deo, exaltandi Deum; laborandi & patiendi pro Deo; expediendi te àdebitis, quæ habes coram Deo.

11. Atque dic cum Prophetâ; *Nunc cœpi; renova velut Aquila juventutem Spiritus tui;* & tanquam hodie primùm, de novo aggredere servitium Dei; exaltationem, magnificationemque Dei; impensionem, & superimpensionem, eviscerationem, & annihilationem tui, Deo, & propter Deum.

12. Et cùm omnia feceris; dic nihilominus; servus inutilis sum, quod debui facere, feci; & tamen post hæc omnia Nihil sum.

PRAXIS.

P R A X I S.

Sanctissima, Dignissima Trinitas, DEUS; Ecce totus ego, & universa bona mea, dignitatesque ac merita mea in conspectu tuo. Ecce labores, ecce passiones meæ propter te; ecce Virtutes, & opera, & perfectiones meæ coram te. Heu! quam omnia misera! quam modica! quam scatentia sorde! quam nulla! comparata præsertim, supersuperque Dignissimo & Ditissimo tibi Deo. Adua Domine infirmitatem, nuditatemque meam. Auge robur, auge promptitudinem, auge fervorem, auge constantiam. Volo Domine abhinc tibi ferventius, ardentiùs, liberalius, ignitius, constantius, perfectius, solidiusque deservire pro te laborare; pro te pati; pro te impendi; proti profundi; prote exauriri; pro te exinaniri; pro te annihilari; & tuum Divinum beneplacitum exequi; dignitatem exaltare; Gloriamque magnificare; & superexaltare; digne te, propter te, toto me, toto te, in aeternum & ultra, & amplius, atque amplius.

EXERCITIUM VI.

Erga SS. Trinitatem per Eviscerationem Universi in Charitatem ejus.

1. **C**onstitue te coram SS. Trinitate, cum totâ Creaturarum Universitate in te transformatâ, tibique impersonatâ, ita ut tota illa tu; & vicissim Tu, illa tota fias. quemadmodum in Deo omnia sunt unitate sibi devincta, tanquam unius Patris filii, cui & dicunt omnia; Pater noster.

2. Toto te, sic omnibus Creaturis cōjuncto,

Exerc. VI. Erga SS. Trin. per Eviscer. &c. 61

cto, & impersonato, erumpes, ebullies, eructabis, ejaculaberisque Charitatem, & Aestimatiō-
nem Sanctissimæ Trinitatis: appretiando eam su-
per omnia existentia, & possibilia; tanto conatu,
quantus est possibilis omni Creaturæ, in omni-
bus circumstantiis, & conditionibus illius.

3. Hujuscemodi conatum, disce ab eo, qui
ita hortatur omnes (Multa dicemus, & deficie-
mus in verbis; consummatio autem sermonum,
Deus ipse est omnibus. Gloriantes ad quid vale-
bimus? Ipse enim Omnipotens, super omnia ope-
ra sua. Terribilis Dominus: & Magnus vehe-
menter, & mirabilis Potentia ipsius. Glorifican-
tes Dominum, quantumcunque potueritis: Su-
pervalebit enim adhuc: &, Admirabilis Magnifi-
centia ejus. Benedicentes Dominum, exaltate
illum quantum potestis: Major est enim omni
laude. Exaltantes replemini virtute, ne laboreatis:
non enim comprehendetis. Quis videbit eum, &
enarrabit? Et quis magnificabit eum sicut est ab
initio? Multa abscondita sunt majora his: pauca
enim vidimus opera ejus. Omnia autem Domi-
nus fecit, & piè agentibus dedit Sapientiam)

Eccl. 43. 29.

4. Quia verò is ipse conatus, quantumlibet
actualiter effusus, & exercitus, non plus est co-
ram Deo, quàm unius folioli in vastissimo nemo-
re moti strepitus;

5. Obscrabis omnium Creaturarum, tibi im-
personatarum Nominē, Entitate, affectu, obliga-
tione, & etiam obedientiali possibiliitate, atque
capacitate, insuper omnibus omnium atomis uni-
versalitatis, ut Deus, qui solus sibi dignè aman-
do, & significando, idoneus, & adæquatus est,

semet-

62 Exerc. VI. Erga SS. Trinit. per Eviscer. & Exer

semetipso seipsum amet, æstimet, laudet, extet, glorificet: adæquatè suæ dignitati, majesta amabilitati, amativitatique; & suæ ad sese amandum infinitæ, & inexhaustæ facultati.

6. Exultabis tote, quod SS. Trinitas Deu naturaliter, voluntariè, necessarioque, seipsum suo Amore, pretio, æstimationeque expleat: & satiet: exquiet, exæquaturusque, & expletum sit per omnem æternitatem.

PRA X I S.

Sæcdissima, & Inæstimabilissima, & Amabilissima Trinitas DEUS, totâ Omnididine meâ, ex omnibus Creaturarum mibi impersonatarum, adunitarum universitate conflata, Anio te DEUMineum: præfero, atque appretio super omnia: conatu omnium toti mibi possibili. Quia verò hoc ipsum omnino Nihil coram te est; cùm ego, & personaliter particulariterque, & universaliter, universalitatisque, tuus sim omnino Nihil; amorque omnis, & omne exercitum actuatioque illius, sit etiam Nihil; comparatum Majestatis tuæ Magnitudini; atque Dignitati Eminentie. Sicut folium crepitans in vastissimâ solitudine, aut sicut gutta roris antelucani decidens Mare; Idcirco toto me, totoque universo, & omnibus atomis Universi universalitatis, desidero: ut Deus meus, temetipsum, temetipso, tantum ames tantum æstimes, tantum glorifies, tantumque beatifices, quantum prevalet Immensitas tua tota. Et quid Tu, sic te, necessariâ Voluntate, voluntariaque necessitate diligis, & appretias ab omni æternitate: hinc Ego totis meis, totisque Universæ Creaturæ viribus exulto, & exultabo: & exultare desidero, opto, peto, & propono, in omnem Æternitatem.

EXER

EXERCITIUM VII.

Erga SS. Trinitatem, per Exsolutionem debiti universi, illi debiti:

1. Statue te coram Sanctissima Trinitate.

2. Omnimodam SS. Trinitatis Majestatem, Gloriam, Amplitudinem, tam eam, quam habet ipsa ex se, suaque Essentiâ, Naturâ, atque Personis, & Perfectionibus suis; quam eam, quam habet ex splendore totius Curiæ cœlestis sibi assistentis, gloriamque sibi cumulantis; statue quoque tibi ob Oculos Cordis tui.

Agnosce, totius sub-cœlestis Mundi, ac imprimis totius humani generis, super faciem terra habitantis, omnimodum Debitum: quo debent SS. Trinitati Notitiam, Fidem, Spem, Fiduciam, Refugium, Timorem, Invocationem, Reverentiam, Orationem, Religionem, Devotionem, Pietatem, Obedientiam, Subjectionem, Servitudinem, Laudem, Gloriam, Exaltationem, Exultationem, Gaudium, Gratulationem, Gratiarum actionem, Æstimationem, Amorem, Dilectionem; Charitatem omnem, possibilem, atque etiam impossibili majorem.

4. Agnosce, & erubesce, & ingemisce, hujus debiti, vix, ac ne vix quidem minutam particulam, atomumvè Sanctissimæ Trinitati, à Creaturâ suâ, præsertim ab Humano genere, & specialius etiam a te, impendi: atque exsolvi.

5. Ergo omnem Creaturam, maximè Humanam, tibi superinduens, atque in te impersonans, etiamque cœlestem & supercœlestem ad hoc adjungens, toto te, ad thronum SS. Trinitatis accedens.

64 Exerc. VII. Erga SS. Trin. per Exsol. Ec.

dens, pronusque coram procidens, debitum istud, quo Universatenetur Creatura; omnimum, & æternale, & abyssale, Laudis, Amoris Venerationis, Subjectionis, Exaltationis, Exultationis, exhibe SS. Trinitati: atque in exhibendo perennare tum concupisce: tum contendere: ut nullum sit momentum temporis & æternitatis, nullum punctum loci, immensitatis, in quo non exhibeatur, quantum ex te, Sacrosanctæ Trinitati persolutum, debiti hujus: usque ad Novissimum quadram tem, & minutum.

P R A X I S.

Sanctissima, Gloriosissima, Eminentissima Trinitas: Unus DEUS; cuius Natura, & Essentia est Dignitas: quam universa cœlestis Curia superexaltare auctoritate, & gaudet: Tibi etiam Nos terrarum incolæ, æternum nomen venerationem, omnem laudem, omnem subjectionem, omnem timorem, omnem amorem, & de rationem debemus: sed (ah probrum nostrum!) Beatissimam debito persolvendo, plusquam nimium negligentes, rari, sordideque parci, quin & injuriosi, in Teste cognitis. In hujus negligentie compensationem, & ad rem; impletionem, ego Te nunc amo, adoro, glorifico, & glorificer, in æternumque venerari, & amare, totum beatifici concupisco, propono, & admitor. Nullum sit ut deinceps Momentum temporis, & æternitatis, nullum punctum spatii & immensitatis, in quo Tu Trinitas Deus, à Te, à Beatis tuis, à me, ab omnibus, & singulis ab utro etiam possibilibus Creaturis, non glorificeris, juxta cognitum condignum Majestatis, Dignitatisque tuae Meritum generaliter, & juxta Nostræ coram te, & ad Te, obligacionis debitum,

ERGA P. V.

E R G A

*Sanctissimam Trinitatem Exercitium
speciale.*

1. Sanctissima TRINITAS, Pater, Fili, Spiritus
Sancte; unus Deus in Essentiâ & Naturâ:
trinus in Personis, quem nosse & amare Vita æ-
terna, & omne Bonum est: largite mihi Creatu-
rarum tuarum rationalium minimo, cognitio-
nem, amoremque tui, qualem potes, scis, & vis,
quem cupio, & peto toto me, Totote, propter
Te.

2. O JESU, lux vera, quæ illuminas omnem
hominem in hunc Mundum venientem, & ad SS.
Trinitatis deducis cognitionem: illumina &
Digne: ut cognoscam Sanctissimam Trinitatem,
unum, verum, vivum Deum, eumque amem in
cole, æternum.

3. Pretiosissima Parens Dei-Hominis: admi-
derabile Triclinium, & ineffabile Complementum
Beatissimæ Trinitatis: impetra cum omnibus
amatoribus, & laudatoribus SS. Trinitatis, mihi,
cognitionem, ac fidem; amorem, & æstimationem;
reverentiam & adorationem; laudem &
veglorificationem; possessionem & fruitionem
beatificam, Beatissimæ Trinitatis: tam huic præ-
sentis, quam futuræ virtutæ proportionatam.

4. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo,
Te Pater ingenite, Fili unigenite, Spiritus Sancte
ab utroque procedens. Pater ab æterno te ipsum
cognitione adæquans: mentisque tuæ Filium
generans, & in eodem tibi ineffabiliter compla-
cens: Fili, ab æterno Deus de Deo genite, con-
substantialis Patri, Patrisque amator, & glorifi-
cator:

ERGA P. V. Druzb. Op. V.

E

cator:

66 Erga SS. Trinit. Exercit. speciale.

cator: Spiritus Sancte, Patris & Filii amor con-
substantialis, unus ab utroque, unus utriusque
unus amborum, nec tamen quasi duorum, sed
quasi unius.

5. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo
te, ô Essentia primoprima, carens principio,
Te, & à te omnia, & totum, Ens à te solum,
fons aliorum omnium Entium. Naturans na-
tura, creans, & conservans omnem Naturam
Principium Naturale Motus, & quietis, open-
tionis & propagationis, status & permansiōnē.
Vita vivens, Vita beata, Vita beatificans, Vita,
idem est Esse quod vivere; idem Vivere, quod Es-

6. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo
ô Pater lumen, ô fons gloriæ, ô securus po-
sessor beatitudinis, ipsaque beatitudo: O Fili, lu-
men de lumine. Candor lucis æternæ, Splen-
dor Paternæ gloriæ: O Spiritus Sancte, Patre
Filiique clara Suavitas, suavisque claritas: Pa-
tris, Filiique amorosa, & delitiosa, & illust-
ebrietas, delitiarumque satietas.

7. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo
Te, ô Prima, ô Essentialis, ô Originalis, ô Inde-
cens Charitas, benignitas, Pietas. Charitas
creans, benignitas servans, pietasque gubernat
omnia. Charitas præsens omnibus, benignitas
operans in omnibus, pietas providens omnibus
Charitas sollicita pro omnibus, benignitas indu-
gens omnibus, pietas intendens & serviens
in omnibus.

8. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo
te, ô superpotens omnipotentia, ô super sapie-
sapientia, ô superdulcis dulcedo. O artifex
conditor omnium Potestas. O idea, & Ars

mnia

mnium Sapientia. Olac, & fomentum, & nutritrix omnium Suavitas.

9. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo Te, ô Pater, ex quo omnia: O Fili, per quem omnia. ô Spiritus Sancte, propter quem omnia. O Pater, ex cuius Essentiâ Filius & Spiritus Sanctus: ex cuius Potentiâ omnis Creatura; ex cuius Voluntate omnis Electio. O Fili, cuius adinstar & Exemplar omnia, per cuius Sapientiam ordinantur, & reguntur omnia. Cuius ductu Electi operantur, & Electis cooperantur omnia. O Spiritus Sancte, propter cuius amorem Pater & Filius facit omnia: conservat omnia, glorificat omnia.

10. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo Te, ô Pater, Fili, Spiritus Sancte: Deus, unus, vivus, verus: Principium omnia condens & regens, stabilitas omnia servans, & movens: æternitas præsentibus, præteritis, futurisque præsens. Immensitas & plenitudo replens omnia. Simplicitas infinitè varians omnia. Unitas nectens omnia. Finis ordiens omnia, terminans, & perficiens universa.

11. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo Te, ô Veritas, & ratio, & lex æterna, atque prima. O veritas, falli, & fallere nescia. O sinceritas incapax doli, & misturæ. O rectitudo immobilis, & inflexibilis. O Justitia, & æquitas justitias judicans, & tamen judicium misericordiâ temperans.

12. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo Te, ô Bonitas, bonitatis fons, bonitatis emanatio, bonitatis abyssus: Bona faciens omnia, benefaciens omnibus, bonos faciens omnes,

E 2 bona

68 Erga SS. Trinit. Exercitium speciale.

bona excedens omnia. Voluptas, ubertas, repletio, satietas, saginatio, delectatio, dulcedo, amænitas omnium incomprehensa, infinita, omnibus infusa.

13. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo te ô salus plena, salus secura, salus beata, salutæ eterna. Sol, & fons, & redundatio salvificans, & omnia ad salutem ducens. Sanctitas, puritas, innocentia, integritas. Misericordiâ, longanimitas, patientia, sustinentia, liberalitas : miseratio-
nis & causam, & modum, & tempus, ex te offre-
rens, & quærens, & habens. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis.

14. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo te, ô Essentialis simplicitas, & simplex Essentialis impermissa Natura. Expers potentiae, actus pu-
rus, & primus, fons, & virtus omnis actionis. Forma formosissima, pulchritudo integra, Ope-
ratio sine mutatione operans, lassitudinem ne-
sciens. Actio sine labore: quies absque otio.
Otium beatum: Unitas, & indivisio: Insensibi-
lis omnium sensus. Motus omnium absque mo-
tu: locus omnium absque situ. Capacitas omni-
um absque extensione. Mensura, omnia indivi-
sibiliter mensurans. Magnitudo sine quantitate.
Numerus omnia numerans, ipse innumerabilis.
Pondus omnium: ponderans, & ponderari in
suum finem faciens omnia, ipse tamen carens
pondere.

15. Confiteor, amo, veneror, glorifico, laudo te, ô Regula, & Rector: Ordo, & series, Dec-
cor, & species, Vigor & robur, Modus & status,
Medium & finis, Initium & Clausula, Alpha &
Omega. Radix & fructus. Vita & virtus. Sapor
& g

& gustus. Lux & splendor. Dator & donum.
Pax & gaudium. Præmiator & præmium. Labor
& Merces omnium.

16. Confiteor, amo, veneror, glorifico,
laudo te, ô Altitudo humilians, ô profundum
erigens, ô latitudo adarctans, ô longitudo ato-
ma. O ignis consumens, ô lux lucens & latens,
ô fervor refrigerans, ô satietas esurire faciens, ô
Ebrietas sitim inducens, ô sitis inebrians, ô fa-
mes satians.

17. Confiteor, amo, veneror, glorifico,
laudo te, ô Majestas, ô dignitas, ô celsitudo, ô
gloria, ô felicitas, ô Beatitudo, æternitas, ô im-
mensitas, ô incorruptio, ô Divitiæ, ô Perfectio,
Laus, ô honor, ô Exaltatio, ô decus, ô Totum
quod esse potest: ô Nihil eorum, quod Creatura
est: ô aliud & aliter, quam à Creatura cogitatur:
ô Dives omni bono, ô Paupertas omni carens
malo & Nihilo, ô Ens Entium, ô Ens Essentia-
le, ô Essentialis Entitas, ô Quies, ô Deus.

18. Confiteor, amo, veneror, glorifico,
laudo te, ô Deus. Sapientia, Omnia Ars. Idea,
& Artifex, Consiliarius, Illuminator, revelatio
profundorum, Amor, & amans Zelus, & Ze-
lator, Pax, & pacificus, & Princeps Pacis, Lon-
ganimis, Misericors, Consolator, Protector, Ju-
stus, Loquens, & Imperans justitiam, Rectus,
Judex, Ultor, Zelotes, Terribilis.

19. Confiteor, amo, veneror, glorifico, lau-
do te, ô Deus Deorum, Deus super omnes Deos,
qui nomen habes innominabilis. Qui es omne
Ens. Qui es spiritus simplex, immortalis, per-
fectus, infinitus, immensus, immutabilis, æter-
nus, invisibilis, incomprehensus, ineffabilis,

70 Erga SS. Trinit. Exercitium speciale.

excedens omnia, immanens omnibus, cunctis
interior quam sunt ipsa sibi, Veritas, Veracitas,
Fidelitas, Bonitas, Pulchritudo, Admirabilis
Vita.

20. Confiteor, amo, veneror, glorifico
laudo te, ô Deus piissime, beneficentissime,
fabilissime, liberalis, magnifice, patiens, benignus,
clemens, mitis, fortis, Suavis, Dulcis, Sanctus
Purus, Creator, Conservator, Provisor, Gubera-
nator, Custos, Dominator.

21. Confiteor, amo, veneror, glorifico, lau-
do te, ô Domine exercitum, Deus Sabaoth,
Rex Magne, sublimis, excelse, Ascensor, & Po-
sessor Cæli, amabilis, desiderabilis, incogitabilis,
Dives in omnes. Solus divitiæ. Omnipotens
Legislator. Beate, Beatitudo, Salvator, Salu-
Merces, Glorificator, Suscitans ex mortuis, Pa-
mus & Novissimus, Finis finium omnium, Sun-
num, Ultimum, Supremum bonum, Bonitasq[ue]
completiæ, & Essentialis.

22. Confiteor, amo, veneror, glorifico
laudo Te, ô Deus Unitas, ô Deus Trinitas. Pe-
ter ingenitus, à quo omnis paternitas, à q[uod]
omnia. Filius Verbum, Imago, Unigenitus,
Splendor, & Candor lucis æternæ. Speculum
sine maculâ. Figura Paternæ Substantiæ. Sa-
gentia genita, æterna, increata. Virtus Dei, brachium
Dei, per quem omnia. Spiritus Sanctus
Amor. Vinculum Patris, & Filii; Donum, Se-
ctificatio. In quo omnia.

23. O Trinitas Deus, qui es id, quod es:
quod es à Te es: qui abyssus Essendi es. To-
me confiteor, amo, veneror, glorifico, laud
exalto, gaudeo te esse qui es: te esse id quod es:

prōpter te: Toto me, (quia verò id Nihil est,
sicut totus nihil sum; ideo) Toto te, volo tibi
Te, volo tibi quidquid es, & gaudeo quia es
quidquid es: & quia non es quidquid non es:
gratias ago tibi, quia es quidquid es. & quia ex te
ipso es, & quia hoc nulli, nisi ipse, soli, uni tibi
debes.

24. O Trinitas Unus Deus. Tu quidem
Unum & simplicissimum, purissimum, perfectissi-
mumque quiddam es: attamen quod est in Te
tibi Optimum, nempe; Temet ipsum; tibi volo
toto me: toto Te: propter Te.

25. O Trinitas unus Deus, quidquid Cordis
tui Voluntati præ omnibus placet, intra, vel
extra Te, hoc totum Tibi volo: tibi gaudeo:
tibi gratulor: toto me, Toto Te, propter Te.

26. O Trinitas Unus Deus, Omnipotens,
Dignissime, Misericors, maxime: quoniam po-
tes, scis, & vis, sicut potes, scis, & vis; inflam-
ma, purifica, posside, illustra, penetra, transfor-
ma me totum Amore tuo: æternaliter, propter
te. Ah! quando me tandem, ab omnibus sepa-
rantibus à te, expedes? Quando memoriam
meam expurgatam ab omni imagine reddes?
Quando illam te ipso uno, & solo replebis, &
in te plene, atque inconcussè stabilis? Quando
te mihi, & me tibi, præsentem habebo jugiter?
Quando me suprà me elevabis, & adtrahes ad
te, & intrahes in te? Quando securè, quietè,
defecatè, pure, omnium oblitus, & ab omni
aliо non Te, nudatus; te ipso plenus; à te pos-
sessus; in te absorptus; te, per te possidebo? &
perfectè constanter, & inamissibiliter tenebo?

27. O Trinitas, Unus, Dignissime, Omni-
potens,

potens, Altissime, Laudabilissime Deus ; sic Creatu-
potes, scis, & vis, illucesce intellectui meo ; ris tui
illumina illum : ut noverim me, & te. Me in tuis fav-
te in me, & in Te, propterte. Ah ! quamdiu in tuis
tellectus meus circa multa vagabitur, errabi 29.
tenebitur ? Ah ! quando plenè purgatus, cogn & ama-
tione, & affectione hærebo apud te, & in Teum, an-
Ah ! quando amoto velo speciei cujusque, ido inel-
lumine tuo videbo lumen gloriæ, lumen beatumris : &
lumen superessentialis ? Quando revelatâ facibus suis
vultûs mei, vultum tuum Domine requiram omni t-
acquiram, & speculabor , gloriam tuam , Sanctus
cognoscam te : non jam ex parte, sed ex To^tus Unitus
sicut & cognoscor abs Te ? Ah ! quando suspen^titas,
sus de te, deficiam à me, & transibo in Te, & status in
loco tabernaculi tui admirabilis reficiar in admⁿunqua-
ratione gloriæ tuæ ? Ah ! quando sine cogitationes, &
ne cogitabo ? sine imagine intuebor , sine intelldar (inq-
lectu intelligam, sine affectu afficiar, & totu^ter torus
transradiabor , transfigurabor, transformabor 30. C
de claritate tuâ in claritatem tuam , tanquam nus in U
tuo spiritu, in tuum nihilominus Spiritum ? latibulum

28. O Trinitas, Deus unus, superdignissime origo
super optime, superadorande, supermetuende. Ve
super laudabilis, superamabilis, super gustabilis, non app-
super omnia : sicut potes, scis, & vis : quia po^e amo,
tes, scis, & vis, dulcesce Affectui Amoris mei elaudo,
& aufer à me illum totum : & inebria me affectu^{go}, te
tuo : & recrea te affectu in te meo, ut amet te pero, in
Charitas mea, amet me immensitas tua : vicem d te an-
que repandam, ego quidem tibi in mensurâ ? tarado, ti-
autem mihi in immensitate. O quando ardescetico,
pigrum frigus meum igne tuo ? & transflamma- 31. C
tus in te, parvus erit mihi omnis amor, quo m: totu^t
Crea-

s; si Creatura quævis diligit te? O quando vitali Amo-
neo; ris tui morte moriar, & in igne tuo consum-
me in tuis favillescam, abiboque in cineres dilectio-
ndiu in tuis?

errab. 29. O Trinitas, Deus meus, Amabilis meus,
cogn & amator amantium te, & inebriator amabili-
in Teum, amatorum. O ebrietas Sanctorum, quan-
que, ido inebriabis me torrente superseraphici ardo-
beaturis: & ardebit tibi tota substantia mea, totis viri-
tâ facibus suis clamans jugiter, in omni momento, in
uiram omni tempore, in omni æternitate, Sanctus,
am, Sanctus, Sanctus DEUS; DEUS Trinitas. De-
Totus Unitas, Deus Una Trinitas. Deus Trina
suspenUnitas, omnipotens, & gloriosus, & superexal-
te, & status in sæcula. O Ignis, qui semper ardes, &
admirunquam extingueris! ô Amor, qui semper fer-
titatioves, & nunquam tepescis: Accende me: accen-
de intelldar(inquam) à te, ut amem te totus, & ardeam
te totus, propter Te, toto Te.

nabor. 30. O Trinitas Deus, unus in Trinitate, tri-
uam pñus in Unitate, lucem inhabitans, & in tenebris
latibulum habens. Originalis abyssus, & abyssa-
ffimelis origo Bonitatis. Pater gratiarum, & Amo-
nendeis. Verus, Vivus, Unus, solusque Deus, cui
abilis non apponetur alias ad eum: toto me, te adoro,
a po amo, te prædico, te glorifico, te superexalto,
mei claudio, tibi gaudeo, tibi gratulor, tibi gratias
ffectugo, te veneror, te timeo, in te credo, abs te
met te perero, in te confido, te desidero, te amplector,
cem d te anhelo, te stringo, tibi supplico, tibi me
â turado, tibi me dono, tibi me debo, tibi me de-
fisco.

nma. 31. O Trinitas Deus, totus abyssus omni-
quo m: totus omnia: totus totum: totus Esse no-
Crea-

74 Erga SS. Trinit. Exercitium speciale.

strum: & nihil: totus Essentia: totus Ens, to
Deitas, totus Deus, totus pelagus Deitatis.
hilum Nihili, Nihil potentiam, actu omnia: &
nitudo actualis. In quo omnia actu sunt,
cunque in se esse possunt. Totum & simple
& Unum, & omne Esse. Hoc te esse, &
plius, quod non capimus te Esse: toto Te,
me, toto Universo, totis atomis Universi
versalitatis; tibi gaudeo, atque gratulor: tibi
pergaudeo: superque gratulor.

32. O Trinitas & Unitas Deus, Deus igni
sime: omnitudinem tuam, omnitudo mea, om
tudine Universi, Seraphicâ, Marianâ, Theand
râ, amat, adorat, benedicit, concupiscit, a
mat, exaltat, glorificat, honorat, intendit
tissimè; incentissimè, intentissimè: laudat lau
bilissimè, liberalissimè: magnificat magnificen
simè: optat optatissimè: reveretur reverenti
mè: sitit sitibundissimè, sapit saporatissimè,
voluntarissimè, voluptuosissimè, vehementi
mè, validissimè, zelat zelosissimè, tenet tena
simè, tenerrimè, totalissimè.

33. O Trinitas & Unitas DEUS. O Ig
Essentialis, Ignis consumens. Ignis substan
lis. Ignis semetipso vivens, & ardens, &
cens, & omnia vivificans. Ignis ignitissimè
Omnitudini tuæ, omnitudo mea, Universa
raphica, Mariana, Theandrica; benedicit,
cupiscit omnem concupisibilitatem tuam:
donat, devovet, dedicat sese devotissimè:
tulatur, gaudet gaudiosissimè: gratulatur, gau
gadiofissimè, gratias agit gratiofissimè, tradit
talissimè, vilificat vilificatissimè, veracissimè,
lidissimè, zelat zelantisimè.

Erga
34. rincom
superque
nosse te
Desider
Bonum
sidero
te, atq
tare te.
Desider
re de te
re te, &
xstima
tatemet
adte n
dum,
mere,
sidero
re int
Te.
35. Deus
Charit
in eis;
ternali
36. Trinu
Utinai
sum an
& jub
ample
tionis
tui!

34. O superaugustissima, Trinitas, ô super-
atis. incomprehensibilis Unitas, ô superdesideranda,
a; & superque amanda divinitas; Toto me, desidero
ant, q nosse te, Deum unum, solum, verum, summum.
simpl Desidero nosse te, summum, omne, ultimum
, & Bonum. Desidero amare te super omnia. De-
Te, si sidero omnia in te, propter te, & pro omnibus,
versi te, atque super omnia, te amare. Desidero exal-
tare te, & laudare, & glorificare te super omnia.
us ign Desidero videre te, possidere te, frui te, gaudie-
ea, om re de te, requiescere in te. Desidero inhabita-
Thean re te, & perire mihi in te. Desidero cognoscere,
scit, a estimare, facere, eonsummare omnem Volun-
ndit ip tatem tuam. Desidero prædicare te omnibus, &
dat lau ad te noscendum, colendum, amandum, haben-
nificen dum, adducere omnes. Desidero adorare, ti-
verent mère, venerari, colere te, cultu digno Te. De-
simè, credere, sperare, exaltare, te: conquiesce-
ment t tene re in te, & in æternū regnare tecum propter
Te.

35. O Essentiæ Trinitatis Unitatisque abyssus,
Deus meus, aperi quæso abyssos amabilitatis tuæ:
Charitatisque æternæ: & me Atomum, demerge
in eis; absorbe in eis; sepeli, obrue, & perde æ-
ternaliter in eis.

36. O DEUS in Trinitate Unus, in Unitate
Trinus. Unus Essentialiter, Trinus personaliter;
Utinam abyssus essem, totusque verterer in aby-
sum amoris, & laudis, & gaudii, & exultationis,
& jubilationis, & desiderii, & profusionis, &
amplexus & possessionis, & gloriæ, & glorifica-
tionis, atque beatificationis, & superexaltationis
tui!

37. O

37. O Abyssalis Amabilitas Deus, fac me hoc tu
qui etiam atomo minor sum; fac, inquam, maste,
abyssum; si non entitatis, at saltem Amatitudine te
& Amoris; saltem dilectionis & charitatis; ut non ama
forbeam te amore, sicut & tu absorbes me chineas, po
tate.

38. O immensitas Deus, o Vastitas, o Effe
tialis charitas! O charitatis Essentia, & aby
pelagus! O si, vel ad momentum transeam in
absorbearque a te! ut te DEO meo, quan
quantus es, in te; fruar, & satier; poter &
brier; hauriar & obruar; amando, atque laud
do: tenendo atque fruendo, & sic per ins
ternitatis semper manendo: semper ardend
semper natando: semper vivificè, & beatificè
reundo: atque perennando.

39. Sed enim non licet Domine minimi
meæ, amare te, abyssalis entitatis amore. Si; DEU
quid faciam: In Nihilum meum descendo, &
Nidulo Nihilitatis meæ abyssos invenio, atq
Te, totis abyssis, totis immensitatibus, totis
finitatibus, totis nihilitatibus nihili mei dilig
Amat te, Deus, abyssalis Entitas tua: & amat eu
dem te, abyssalis Nihilitas mea, abyssus abyssum
vocat, & provocat: æmulatur, & adæquat;
altera alteram superat. Etenim non est in Tem
por abyssus Entitatis, quam in me est abyssus
hilitatis. Amaris toto tuo Ente a te, amaris to
Nihilo meo a me. Et par est Amor. Neque e
vinco amorem tuum, quia Ens non sum. neq
tu vincis amorem meum, quia Nihil non es.
amas te eo, quod ego non sum: nec esse possit
Ego amo te eo, quod Tu non es, nec esse possit

fac m̄ hoc tamen ego me vinci à te fateor : quia tu
am, maste , & non potes non amare te; ego autem
at vivit a te; non sine te amo te: & infelix, possum
s; ut non amare Te. Et hæc est abyssus infelicitatis
me chmæ, posse non amare Te. hæc est abyssus Ni-
hilitatis meæ , posse non amare Te: quin & non
posse amare te, sine te.

40. O Domine, per omnes abyssos Essentiaz,
Deitatisque tuæ, obsecro: ut auferas à me, infe-
rū, & iniquitatem; & impotentiam amandi , & potentiam
amandi te; & induas me felicissimā actuali-
tate, atque Necessitate amandi te. O amem te
Domine, amem te, amem, & amem, & super, su-
perque amem. O Amo te Deus meus, Trini-
tas Deus, Unitas Deus. amo te Abyssus Deitatis.
Amo te Charitas Deus: Bonitas Deus: Dignitas
Deus: omnia Deus. Amo te, amo, & amo, &
inimico te Deus. Amo te toto me, toto te, propter
eternitatis: per quæ fuisti, per quæ es,
per quæ eris
DEUS.



EXER-